

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum

[S.l., Mainz], 1523

Qvemadmodvm causae prophanae ob interposita iuramenta, ecclesiastico
tribunali afferantur

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114121)

DE CAUSIS INIURIARVM, QVAE CORAM
ecclesiastico uentilantur iudicio.

TAndem, si quando ex facto euenit, ut ecclesiasticus con-
tra laicū iniuriarū agere, illatas forte uerbo iniurias, intē-
dat, conatur ecclesiasticus iudex eas ipsas quoq; suae iurisdic-
tioni uendicare causas, quo denuo reus iudicio conuentus,
ordinario iuri suaeq; eripitur atq; eximitur iurisdictioni.

QUEMADMODVM CAUSAE PROPHANAE
ob interposita iuramēta, ecclesiastico tribunali asserantur.

Insuper & id psumunt officiales, si quando in causis pro-
phanis, ac inter psonas eccl'iae minie sacratas, dicatae sunt
sed omnino laicas, data fide, seu pstito iuramento, uerbo,
uel in scriptis, pacta, obligationes, cōtractus, uel promissi-
ones factae sint, uel celebratae: quod eā ob rem, atq; huius
praetextus ratione, tales pphanae, laicaeque causae coram ip-
sis potius, q̄ ordinario iudice agitari debeant: quae noua
ecclesiasticorū techna usu si incresceret, ac diutius tolerare-
tur, iam actum foret de ciuili causarū auditorio, q̄ omnes
pphanae ciuilesque causae, contractuum atq; transactionū, hac
uia necessario ad ecclesiasticos pertraherētur. Quis enim
contractus, quae transactio, quae deniq; inter paciscētes cō-
uentio, quae non sit solenni ita stipulatione, aut pmissione
uallata: Illac nimirū rerum ueniremus, ut in totum ciuilia
eluderentur iudicia. Quod nedum contra aequitatē ipsam
contra omnia iura scripta, sed & ciuili magistratui intole-
rabile foret. Nam ut demus hoc interim ecclesiasticis iudi-
cibus de periurio cōmissio, notionem ut habeāt: nihilo ma-
gis per id causae ipsius principalis, cōtractus puta, aut trans-
actionis, quam ob rem ille peierauit, iudices competentes
erunt, quin periuros illos ob religionis trāsgressionē ma-
nifestariam tantum iudicio conuenire possent, ac Canonici
cam huic indicere multā, reseruata tamē ciuili magistratui,
qui periuros penali iudicio secundū ciuiles sanctiones

C plectere

plectere ius habent, cōmissa sibi ob id pœna.

QVONAM MODO REFORMATIONES
suorum iudiciorū nec obseruēt, neq; manu, hoc
est, executione debita tueantur,

PRæterea, nedum rationi consona iura cōmunia, sed et
ecclesiarū aliquot cathedraliū, pprie reformatōes, no-
torie, in q̄ plurimis casibus negligūtur, irritaq; fiunt, dum
contrarius ex eisdē ducitur sensus, Exequūtur em̄ hęc con-
tra hos tantum, quorū potestatē ipsi non reuerentur. At si
res potentiores, aut eos, quibus manu pares esse nō possu-
mus, contingat, tum ex iuris sui rigore remittunt quippiā
Nā etsi maxime episcopi locorū ordinarij, aut eorū officia-
rija uim passis, aut his, quibus cōtra ius iniuriæ illatae sunt
pro debita iusticiæ executione, ac talium grauaminū one-
rumue abrogatione interpellētur. Sæpenumero tamen es-
uenit, ut quærela hęc, uel prepositū cōtingat, uel decanū,
uel certe capitulū, ac ecclesiæ canonicos capitulares, hoc
est eos, contra quos loci huīs ordinarius episcopus utcūq;
æquitati fauens, remorante eum hac uia, in electione p̄stis-
ta, ac promissa fide, meritam trāsgressionis emendationē
atq; mulctam p̄sumere, eisq; infligere non audeat,

Ad hęc episcoporū ac prælatorū nōnulli pro tēpore ec-
clesiasticorū iudiciorum Synodūq; ad suum libitū specia-
les quasdam & prætentas ferunt reformationes, ordinatio-
nes, leges atq; statuta, quæ ipsa multifariam a iure cōmuni
dissident, ac seorsim toto civili magistratui et iurisdictioni,
eorūq; subditis derogant, atq; pernitiem adferunt, Neque
ullam pre se ferentia æquitatem, quod ad ecclesiasticorum
priuata compendia, inq; laicorum necem sint excogitata,
atque efficta, Eamq; ob rem laici ea acceptare, aut his pare-
re minime tenentur, Nam neq; ipsi Ecclesiastici domesti-
cas has suas cōstitutioēs secundū rationabilem, syncerio-
rem, ac germanum æquitatis intellectum, obseruant, Ete-
nim